



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Aspectu suo ad virtutem inuitat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

instar virgunculae suspiciebatur, deprædicabaturque, & consuetudinem eius non modò amabant, sed ambiebant omnes. Nonnulli è Tyronibus solo se eius aspectu ad virtutem pietatemque accendi fatebantur; & quid nescio diuinum oculis, vultu, totoque corpore emicare, ita Cælitibus quàm mortalibus familiarior videbatur.

*Aspectu suo ad virtutē inuiat.*

*Ad pronūtianda Religionis vota admittitur.*

*Patris iam Sacerdotis sacra pro se postulat.*

Igitur cum de nuncupandis ab eo votis ad Patrum concilium deferretur, omnium qui conuenerant suffragijs non modò idoneus iudicatus est, verum etiam eximiâ laude commendatus. Ipse autem ut hoc sui holo-caustum Deo redderet acceptius, ad patrem suum, qui iam Sacerdotio, uti prædiximus, Diesthemij erat initiatus, litteras scripsit, rogauitque, ut in Æde Asperi-collis ter Sacris in honorem sancti Spiritus operaretur, sibiq; à Deo opem Deiparæ patrocinio efflagitaret. æquum enim esse, ut quemadmodum parentes vulgò gaudere solent, cum filij contractis Magnatum affinitatibus acceptum familiae splendorem augent, ipse multò amplius sibi gratularetur dignitate filij sui, cuius anima dicto votorum sacramento iam Christo Iesu cælorum Regi esset desponsata; quo se obstringi voluisse dicebat, ut mundo mortuus, in IESV cruci affixi Societate tribus quoque clavis, paupertatis, castitatis atque obedi-